



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorvm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 1. Authoris authoritas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-49161)

C A P V T . V.

GVLÆ ET LVXVRIÆ VI-
TIVM EMENDATVM, ET SE-
VERO POENITENTIÆ GENERE

A MARIA ÆGYPTIACA CA-
STIGATVM.



Propter crapulam multi obierunt. Ecd. 37. 74.

Wolff. Kilian f.

EMPORIBVS Honorij Papæ I. atque Heraclij Imperatoris, vixit S. Sophronius Episcopus Hierosolymitanus, fuitq; sub initium hæresis Monothelitarum, insignis fidei Catholicæ defensor, qui diem suum obiit Anno Domini 634.

Huius

I.
AVTHO-
RIS AV-
THORI-
TAS.

Baron. Huius tanta est authoritas, vt epistola illius
rem. 8. ad Sergium Episcopum Constantinopolita-
Annal. num in 6. Synodo Act. i i. citetur. Hic San-
Apud He- Etis Sophronius, præter cetera, quæ posteris
ribert. legenda & discenda reliquit, scripsit etiam
Rosvey- dum l. l. vberioribus verbis sequentem historiam, ob
de vitis temporis angustias, à me in compendium re-
Patrum à digendam. Non tamen sine morum condi-
pag. 382. mento, vt & iuuenes castitatem, & senes di-
 scant colere sobrietatem ; turpe enim est
 adolescentibus lasciuire ; foedum & absurdū
 senibus, adolescentiari ; & luxus vtriq; æta-
 ti vel vitandus, vel dediscendus. Historiam
 Prophetæ verbis ordior.

II. *Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab ado-*
ZOSIMAS *lescentia sua, idcirco Zosimas sanctus ille (non*
PROFE- *hæreticus, qui ab hoc alias fuit) ab ipsis ma-*
CTVS. *ternis vlnis auulsus in quoddam Palæstine*
Thren. 3. *monasterium fuit portatus, in quo cum illo*
27. *virtus perfectioque religiosa à teneris vngui-*
culis ita creuit, vt non solūm cœnobij regulas
omnes quām exactissimē seruaret, sed etiam
multa alia per quām liberaliter adiiceret, vi-
gilantiæ, abstinentiæ, coniunctionis cum Deo
opera ; adeò, vt neque inter manuum labo-
res, neque cùm cibum sumeret, à feruenti
diuinarum rerum meditatione, sacrifq; can-
tibus